



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 26. Concilium Constantinopolitanum Tertium sub Theodosio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

lio pacem, & Bonum Ecclesiæ, quantum
 possent, promoverent. *Ut ut enim, in-*
 quit: *Dignitatem deposui, affectus tamen,*
 & *Ecclesiarum sollicitudo durat.*

Sæculum IV.
 A. C. 383.

§. XXVI.

Concilium Constantinopolitanum ter-
tium sub Theodosio.

Concilium, ut propositum fuerat, cele- *Socr. V. c. 10*
 bratum est. Theodosius Imperator, *Soz. VII.*
 procurandæ Ecclesiarum paci nunquam *c. 12.*
 non intentus, omnium Sectarum Episco-
 pos Constantinopoli congregandos exi-
 stimavit, ratus, si colloquia conferre ju-
 berentur, ad unam omnes sententiam
 adduci posse. Ergo Episcopi ex omni-
 bus partibus, & omnis Religionis Con-
 stantinopolim confluxerunt mense Junio,
 Merobaudo, & Saturnino Consulibus, id
 est, anno 383. Imperator, vocato ad se
 Nectario, Episcopo Constantinopolitano,
 de mediis pacandi Ecclesiam cum eo deli-
 berans, dixit, quæstionem, divisionis cau-
 sam, plene dilucidandam, & omne du-
 bium tollendum. Hæc Imperatoris ver-
 ba magnam Nectario ingessere sollicitu-
 dinem. Misit, qui Agelium, Novatia-
 norum Episcopum, ad se accerferet, quem
 secum in Doctrina de Trinitate consen-
 tire sciebat, eique voluntatem Impera-
 toris aperit; Agelius, in arte Dialectica
 parum

Sæculum IV.
A. C. 383.

parum versatus, suæ Ecclesiæ Lectorem, cui nomen Sisinnius, venire iussit, virum doctum, gerendis rebus exercitatum, methodi peritum, qua Scripturæ explicari solerent, & profanæ Philosophiæ non ignarum; is experientia tenebat, disputationes alendis, quam extinguendis libris aptiores; sciebat etiam, antiquos Patres nullum Filio dare initium, sed ipsum credere Patri coæternum; ergo Nectario suavit, ut disputationibus, & argumentationibus rejectis, ad antiquorum sententiam, & iudicium appellaret, atque auctoritate Imperatoris Sectariorum Duces ante omnia edicere jubeantur, an Doctorum Catholicorum, ante hanc divisionem celeberrimorum, testimonium accipiant, an vero illud, tanquam ad stabilendam Ecclesiæ Doctrinam nihil faciens, & inutile rejiciant? *Si hos Patres rejiciunt, inquit: eos etiam anathematizent, necesse est, quod si facere ausint, populi furorem non effugient, & veritas manifeste triumphabit; si auctoritatem antiquorum Doctorum recipiunt, nostrum erit, eorum libros proferre, nostræ Doctrinæ testes luculentos.*

Nectarius, audito Sisinnio, ad Regiam properans, Imperatori, quid sibi suggestum fuisset aperuit; placuit Theodolio hanc viam ingredi, & quod suadebatur, solerter exequi statuit. Igitur id unum

ex

ex hæreticis sciscitatus est, an auctori-
 tatem illorum, qui in Ecclesia ante ortam
 his super quæstionibus divisionem do-
 cuerant, magni ponderis esse existima-
 rent? id negare non sunt ausi, sed ma-
 gis affirmarunt, hos se, tanquam suos Ma-
 gistros venerari. Insticit Imperator quæ-
 rere, an hos viros, ut testes fide dignos
 in Doctrina Christiana, sequerentur? Re-
 petita quæstio Sectarum Duces, & quos
 magno numero adduxerant, Dialecticos,
 ad disputationem instructissimos, haud
 sane leviter perturbavit; tunc divisi
 sunt, quibusdam dicentibus, opportunam
 esse Imperatoris quæstionem, aliis, cau-
 sæ suæ esse noxiam, affirmantibus. Quip-
 pe de libris antiquorum inter se dissen-
 tiebant, & ne quidem eorum, qui cœ-
 teroqui uni Sectæ adhærebant, una erat
 sententia. Imperator litigantium con-
 fusione delectatus, & agnoscens, eorum
 causam non antiquorum testimoniis, sed
 inani disputatione innixam, uno passu
 progressus, iussit, ut Sectæ singulæ scri-
 ptam fidei suæ confessionem afferrent.
 Qui inter suos exercitatissimi habeban-
 tur, suam fidei formulam exquisitis ver-
 bis conscripserunt, & die ab Imperatore
 constituta, omnes Episcopi in Palatio
 comparuere. Aderat Nectarius, Dux
 eorum, qui Consubstantialem defende-
 bant. Demophilus Arianorum, & Eu-
 SS. Patrum
 Auctoritas.

Sæculum IV. A. C. 388. *in Not. Vales. ad Socr. V. c. 10.* nomius, cujus fidei confessionem, illo tempore scriptam, hodieque habemus, Eunomianorum Principes. Macedonianorum caput Eleusius Cyzicenus fuit. Imperator, acceptis omnium chartis, secedens, Divinum imploravit auxilium, ut se ad eligendam veritatem dirigeret; tum perlectis omnibus formulis, illisque, quæ Trinitatem dividebant, rejectis, & laceratis, illam solam, qua Consubstantialis asserebatur, recepit, & approbavit. Hæc ita contigisse Socrates, & Sozomenus testatum faciunt.

Orat. de Dei Filio &c. to. 2. p. 896. Credere oportet, Imperatorem Theodosium, quamvis esset Doctrinam Catholicam plene edoctus, id tamen solo suo arbitrio non fecisse, sed Nectarii, aliorumque Episcoporum Catholicorum, tunc præsentium consilio usum fuisse, quales erant S. Gregorius Nyffenus, cujus oratio, in illo Cœtu pronuntiata, nobis superest, & S. Amphilochus, qui eximia pro fide fortitudinis dedit specimina. Ut ut autem hoc se habuerit, ingens fuit hæreticorum pudor, atque alter Episcopus in alterum sinistri eventus causam rejiciebat, singuli vero a suis Sectatoribus turpis ignorantia incusati. Recessere ergo tristes, & quisque, datis ad suæ Sectæ homines litteris, hortabatur, ne magno se deserentium, & fidem Consubstantialis amplectentium numero turbarentur,

Socr. et Soz. ibid.

rentur, quia, inquebant: *multi sunt vocati, pauci vero electi*; quod illo tempore non dicebant, ut observat Socrates, quo magna sua in aulis potentia majorem populi numerum ad se rapiebant.

§. XXVII.

Leges contra Hæreticos.

Illo anno Imperator aliquas leges tulit, *Soz. VII.* quibus hæretici conventus agere prohibebantur, ad id S. Amphilo- *c. 6* chi Episcopi *Theod. V.* Iconiensis forti facto excitatus. Paulo *c. 10.* ante, nempe mense Januario ejusdem anni 383. Theodosius Filium suum Arcadium, vix expleto vitæ sexennio, Augustum declaraverat, & cum S. Amphilo- *Soz. VII.* chus quadam die, aliquot Episcopis *c. 12. Chr.* co- *Pasch. pag.* mitantibus, in Regiam venisset, exhibitis *304.* Imperatori consuetis reverentiæ signis, filium ejus Arcadium, quamvis Parenti proximus staret, nullo honore profectus est; credidit Theodosius filii sui præsentiam ab Episcopo non observari, monuitque, ut filium, jam Augustum, debitis obsequii signis honoraret. S. Amphilo- chus accedens, puerumque manu demulcens, dixit: *bona dies! fili mi!* Imperator offensus, jussit, ut crudum Senem e conspectu depellerent; cumque jam ad fores protruderetur, ad Theodosium vultu converso, & vocem extollens, dixit: *Filium tuum sperni, ferre non potes! scias*

Zz 2

vero